



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nuclevs Casuum Conscientiæ Sive Brevis Notitia Eorum
quæ scitu vel necessaria, vel valde utilia sunt
Confessarijs in primo ingressu ad audiendas Confessiones**

Agostini, Giuseppe

Coloniae Agripp., 1644

De Ludo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41767

ad armandum se, & iterum reuertatur ad pugniam : & similia. Quia propriè hic non intercedit condicium, & conuentio in aliquem locum, vel tempus, &c. Alia legite apud Auctores citatos, & alios.

D E L V D O.

Lvdus importat quemdam contractum, quo vincenti tribuitur id, quod depositum est ad hunc finem. Est autem triplex. Alius, in quo maximè dominatur casus, & fortuna, & dicitur lusus aleæ. Alius, in quo maximè dominatur pars, vel industria, aut ingenium, & cœpsus. Alius mixtus. Et quicquid sit præcisè ludus est indifferens: & quamvis fieret præcipue ex intentione luciadis; non esset mortale per se. Et quamvis primi generis ludi sint iure ciuili prohibiti, propter pericula, & mala, quæ ex illis sequi solent; tamen hæc prohibitio non obligat ex se præcisè sub mortali. Similiter iure canonico tales ludi sunt Clericis prohibiti. Sed quia tales leges non sunt in tanto rigore usu receperæ ideo aliqui excusant clericos à mortali.

cx

ex vi præcisa legum : nisi aliquis esset publicus, & cum scandalo, & continuus aleator. Quia in re consulendus est usus regionum. Quare ludus potest esse licitus , si fiat ex honesta aliqua caussa , & cum debitissimis requisitis.

2 Ea , quæ per ludum acquiruntur, non sunt obnoxia restitutio[n]i, per se loquendo , nisi in sequentibus casibus. 1. si quis per si andem viciisset , decipiendo colludentem contra leges ludi. 2. si lucretur pecuniam, vel alia bona, quæ non sint sub potestate perditoris , ut si esset Religiosus, vel filius familias, vel seruus, & luderet de bonis non suis: in quo casu, neque Religiosus , aut filius familias, &c. posset lucrari vincendo, & teneretur etiam ad restituacionem: est enim eadem conditio utriusque in tali casu. 3. si per vim, & merum cogeret aliud ludere. 4. si fingeret se habere pecuniam ad ludendum, quam non habet: & similibus casibus, in quibus intercedit aliqua iniustitia.

3 In multis vero alijs casibus potest esse peccatum ludere , etiam si non sit obligatio restituendi: & quidem ubi erit

gra-

gravis materia, erit mortale: v.g. si quis ex ludo soleat in blasphemias prorum pere, vel in rixas, si fiat cū notabili detrimento familiae, si impedit alia opera necessaria ex præcepto, si fiat cum scandalo aliorum, vel cum detimento notabili eius cum quo ludit, quia est pauper, & habet familiam, quæ facile redigetur in magnam, vel extremam necessitatem, vel si alia similia mala sequantur ex ludo. Et quia cū tales ludi, aleatum præsertim, sunt frequentes, solent aliqua, vel multa ex his malis sequi; ideo, per loquendo, est graue peccatum exhibere domos, & mensas paratas omnibus ad ludendum, quod vulgo dici solet (tenere barattarie) quas difficultimum est posse iustificari, si publicæ, & communes sint.

4 Quando ludus est prohibitus: non tenetur vicitor restituere id, quod lucratus est ante sententiam Iudicis, si vicitus reclamet. Quid si vicitor per vim, & fraudem impedit Iudicis sententiam; tenetur restituere. Item vicitus tenetur in foro conscientiae soluere, nisi velit vi beneficio legis, & post sententiam Iudi-

cis

cis non soluere , nisi intercesserit iuramentum de soluendo : tunc enim debet prius absoluī à iuramento . Quia etiam in re vidēndū est , an sint aliquæ leges particulares in hoc , vel illo regno .

s Ludere cum imperiori notabili-
ter , ita ut moraliter certus sit perior de
victoria ; non licet , & est obligatio ad re-
stituendum : nisi imperitia aliunde sup-
pleretur . Agunt de Ludo Azor . to . 3 . c . 24 .
&c. Filliae . to . 2 . tr . 37 . c . 5 . Bonac . tom . 2 . de
contract . quest . 3 . par . 1 .

DE SIMONIA.

*S*imonia est voluntaria emptio ,
vel venditio , aut quovis modo
commutatio rei sacræ , vel rei adnexæ rei
sacræ , pro pretio temporali . Est autem
hoc vitium contra Religionem : quia
rei sacræ , & supernaturales indignè tra-
stantur , si pretio temporali commuten-
tur . Est etiam contra iustitiam , saltem in
multis : ut cùm venditur id , quod alio-
qui ex iustitia debebatur gratis : ut si
Parochus vendat confessionem , *&c.* Se-
cundò , cùm res venditur pluris propter

COD-